

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

2. In festo Matthiæ Apost. Matt. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

E S IN

FESTA TOTIVS ANNI. 143

fugebar corpus suum. Quinto, omnibus  
laudes Christi annunciat.

IN FESTO S. MATTHIAE

APOSTOLI.

24. Fe-  
bruarij

Matth. 11.

1.

**I**Esus dixit. Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hac à sapientibus & prudentibus & reuelasti eparuulis. Considera, Iesum exultasse spiritu, cum hæc verba proferret *Luc. 10.*  
vt refert Beatus Lucas, id est, ingenti spiritali gaudio æterno Patri, qua homo erat, egisse gratias, quod fidei christianæ mysteria, non huius seculi sapientibus qui omnia ratione & intelligentia metiuntur, neque prudentibus, quinon querunt nisi quæ sua sunt, id est, opes, honores, & voluptates carnis patefaceret, sed tantum paruulis id est, humiliter de se sentientib. & iudicium suum Deo subiicientibus, vt erat B. Virgo, quæ licet esset mater Dei, ramen se vocabat ancillam: vt S. Matthi- 1. Co. 2.  
as, cæterique apostoli, qui gloriabantur se non aliud scire, quam Iesum & hunc crucifigum, 2. Considera, primariam qui-  
deme



dem huius rei causam non esse aliam, diuinam voluntatem: subiunxit enim Christus. Ita pater, quoniam sic placitum ante te: tamen quia illa voluntas non potest non esse sapientissima, & rationis simile congruens, potest & illa addicatur quoniam homo, sicut & Lucifer angelus per fastum & superbiam salute excidet debuisse contrario antidoto humilitate saluti restitui.

2. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & orati estis; & ego reficiam vos. Considera Domini bonitatem neminem omnino à gratia & salute excludentis, si parvulus in occ*

1. *Tim.* Iis suis & humilis esse velit. Vult enim homines ait B. Paulus, saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. 2. considera, inuitari maximè eos, qui labore sustinent & difficultatem, in superandis tentationibus dæmonis, mundi & carnis: & onerati sunt vel pondere grauiū scelerum, vel magnarum multarumq; imperfectionum omnes n. paratus est reficere, vel liberando eos à dictis laboribus & oneribus, vel comunicando gratiam, ut tribulationes fortiter ferant. 3. considera nos quoq; debemus cooperari Christo, nempe venire, non corporeo motu, sed spirituali, vipon-

per

ES IN  
e aliam,  
xit enim  
placitum  
tas non p  
rationin

a addicau  
fer ang  
e exciden  
humilitat

atis, Gon  
sidera Di  
nino à gr  
ulus in o  
ult enim  
faluos fici  
re. 2. consi  
i laboreli

ndis tenti  
is: & one

lerum, ve  
ctionum

liberando  
s, vel co  
iones for  
q; debet  
nire, no  
, vi pos  
per

FESTA TOTIVS ANNI. 145

per metis contusionem, desiderium Deo  
placandi, dolorem de peccatis, proposi  
tum emendandæ vitæ, & imitationem vir  
tutum, humilitatis & mansuetudinis, nam  
subdit.

Tollite iugum meum super vos, & discite  
a me quia mitis sum & humilis corde, & in  
uenietis requiem animabus vestris. Iugum  
enim meum suave est, & onus leue. Consi  
dera, non satis esse; ut credamus in Chri  
stum, & onere peccatorum liberi simus,  
sed opus esse non tam onus, quam iugum  
doctrinæ Euangelicæ, & diuinorum præ  
ceptorum, ac si religiosus sis, etiam consi  
liorum in humeros nostros suscipere quod  
non graue est, sed leue, non amarum, sed  
suave, sicut auiculis suave leueque est iu  
gum alarum, quia earum ope volant: Vn  
de S. Ioannes disertè dicit. Mandata eius 1. Ioa. 5.  
graviaon sunt, & rex Dauid. Quam dulcia Ps. 118:  
faucibus meis eloquia tua & considera, le  
via & suavia reddi omnibus, qui veré Deū  
diligunt & in eius gratia sunt. Aimanti e. 1. Ioa. 5.  
nim nihil difficile, 2. qui spiritum sequun  
tur non carnem. Spiritus enim promptus 26  
est, caro autem infirma. 3. qui cogitant  
quanta merces parata sit in celis. 4. qui  
oculos in Christi vitam & passionem con  
K. iiciunt

146 MEDITATIONES IN  
iiciunt . 5. qui cum Christo humiles sunt  
& mites corde.

25 IN FESTO ANNUNCIA-  
TIONIS B. V. MARIAE.  
*Martij.*

*Angelus nunciat B. Virg. ipsam conce-  
pturam filium. Luc. 1.*

**A**NGELVS Gabriel B. Virginem in Na-  
zareth salutans , diuinisq; Verbi concepu-  
nem ei nuncians dixit, *Ave gratia plena*;  
*Ecce concipies in utero & paries filium,*

Considera Angelum B. Virginem non  
publico sed domi in cubiculo reclusam,  
in rerum diuinorum meditatione suspen-  
sam inuenisse, vt discas, si angelica con-  
solatione frui velis cōtinere te domini , & ora-  
tioni vacare. 2. considera , quanto sple-  
dore angelus complevit virginem cubile,  
quanta submissione & reverentia eam la-  
lutarit dicens. *Ave gratia plena*, nec miru-  
quia alios sanctos tantum Deus or-  
narat quibusdam donis gratiae , hanc au-  
tem compleuit omnibus . Si autem gratia  
plena erat ante Christi conceptionem , quan-  
tum gratiae post conceptionem accesserit  
3. considera , vocari plenam gratia apud  
Decum. vt nos ad eam tanquam patronam  
aduocatam , & mediatrixem perfugium  
habe-